

Sz. kolekcje

2140



S. 1109

2140 B

## CHARACTERES ESSENTIALES

NONNULLORUM GENERUM SUBGENERUMQUE

ANTHOMYIDARUM \*).

(Cum tabula synoptica).

Auctore J. Schnabl.

---

### I. Genus **Aricia** s. lat.

Vitta frontalis in ♀ lata, sine setis praecellaribus decussatis \*\*); antennae epistomate breviores; abdomen 4-annulatum, non compressum, apice haud incrassatum; squamae mediocres. interdum magnae, valvulae inaequales; venae cubitalis et discoidalis divergentes, rarius subparallelae \*\*\*), vena analis longa sed margini alae non attingens; pedes simplices, mediocriter longi aut longiusculi; hypopygium nec porrectum sed sub ano inflexum; forcipes superior et 2 inferiores aequaliter longi, fulerum penis apice triangulariter dilatatum et antice direc-

\*) Vide: H. S. E. R.: t. XX, pg. 271—440; t. XXII, pg. 378—486; t. XXIII, pg. 313—347; t. XXIV, pg. 263—277.

\*\*) Interdum tamen in nonnullis individuis, ad tribus *Ar. scutellaris*, *Ar. laetae* et ad subgenus *Hebecnema* pertinentibus, inveniuntur.

\*\*\*) Praecipue in *Spilogastris limnophoriciis*.

tum, processus posterior ejusdem parvus; lobi terminales carinae ventralis intermediae parvi.

Occiput in ♂ planum, subconvexum, rarissime convexum; oculi in utroque sexu varie hirti aut nudi, in ♂ vario modo cohaerentes, rarissime remoti, in ♀ late remoti; arista varie plumata aut nuda; spina costae aut adest, aut abest.

1. Subgenus **Aricia** s. str. Rob.-Desv., Schn.

Occiput in ♂ planum; setae sternopleurales 3; abdomen sine maculis parariis; segmentum ultimum venae posticalis non longius quam vena transversa posticalis, saepe brevius; tibiae posticae retro calcari uno armatae, extus in latere antico et postico setis 2 aut pluribus praeditae; hypopygium parvum, forceps superior rectangularis.

Oculi in ♂ hirti, rarius pubescentes, in ♀ subnudi interdum hirti aut nudi; varie cohaerentes aut approximati; arista longe plumata, subplumata, rarius pubescens, saltem in ♀.

2. Subgenus **Spilogaster** Mcq., Schn.

Tibiae posticae calcari non armatae; hypopygium parvum aut mediocre, forceps superior cordiformis.

Oculi in ♂ hirti, pubescentes aut nudi, cohaerentes, approximati, rarissime remoti, in ♀ late remoti et plerumque nudi; arista plumata, pubescens aut nuda; setae sternopleurales 4 (in *Spil. propriis*), 3 (in *Spil. mydaeatis*) aut 2–3 (in *Spil. limnophoricis*); abdomen 2–6-maculatum (in *Spil. propriis* et *limnophoricis*) aut immaculatum (in *Spil. mydaeatis*), saepe oblongo-conicum; segmentum ultimum venae posticalis interdum longius quam vena transversa posticalis; pedes saepe longiusculi; tibiae posticae extus plus minusve ut in subg. *Aricia* armatae.

3. Subgenus **Hebecnema** Schn.

Corpus setulis vestitum; oculi magni, in ♂ arcte cohaerentes; antennae dimidio capitis insertae, mediocres; setae sternopleurales 3; abdomen immaculatum; segmentum ultimum venae posticalis dimidio brevius quam vena transversa posticalis, cellula discoidalis longa; venae: cubitalis in summo apice alae excurrens, transversa posticalis recta; pedes parcissime et breve setulosi, tibiae posteriores calcari non armatae et extus in

latere postico unisetulosae; hypopygium parvum, forceps superior cordiformis.

Oculi hirti aut subnudi; os non productum; arista plumata aut subplumata; alae aequabiliter infumatae, interdum picturatae.

4. Subgenus **Caricea** Rob.-Desv., Schn.

Oculi in utroque sexu nudi; arista longe plumata; setae sternopleurales 4 \*\*); abdomen 4—2-maculatum; spina costae distincta; vena transversa media paullulum extra apicem venae subcostalis posita \*\*), ultimum segmentum venae posticalis aequaliter longum aut longius quam vena transversa posticalis; tibiae posticae retro calcarri non armatae; hypopygium elongatum; forcipes superior et inferiores paralleli.

Oculi in ♂ varie cohaerentes aut remoti, in ♀ late remoti \*); tibiae luteae, rarius piceae, geniculi testacei; tibiae posteriores extus in margine antico setis 2—4 et in postico setis 2 aut pluribus instructae \*\*).

II. Genus **Limnophora** s. lat.

Oculi nudi; facies inferne producta; vitta frontalis in ♀ sine setis decussatis; antennae longae; squamae magnae, albae, valvulae inaequales; abdomen 4-annulatum, non compressum, macularum subtrigonarum magnarum paribus 3—2 in utroque sexu notatum, macrochaetis discoidalibus in ♀ et plerumque in ♂ destitutum; alarum costa nulla, spinula nulla; venae: subcostalis (ut in *Ariciis*) longa, cubitalis et discoidalis erga se convergentes, rarius subparallelae, cubitalis summo apice allae excurrens, analis longa sed margini alae non producta; segmentum ultimum venae posticalis  $\frac{1}{2}$ — $\frac{1}{3}$  brevius quam vena transversa posticalis quae recta aut subrecta est; cellula discoidalis longa; pedes parcissime et breve setulosi, tibiae posti-

\*) Non ut apud *Coenosias*, quarum frons in utroque sexu plus minusve aequaliter sed non valde lata est.

\*\*) Distinctio a *Coenosiis*.

cae paullo abbreviatae, non calcaratae, extus in margine antico et postico unisetulosae (in nonnullis tantum individuis in margine antico 2-setulosae); hypopygium parvum, forceps superior cordiformis.

Oculi in ♂ varie cohaerentes, remoti aut late distantes, in ♀ late distantes; arista nuda, pubescens, interdum plumata; abdomen plerumque ovatum.

1. Subgenus **Limnophora** s. str. Rob.-Desv., Schn.

Occiput planum aut subconvexum; oculi magni, oblongi; genae angustae; squamae magnae; venae cubitalis et discoidalis convergentes (rarissime subparallelae).

Oculi in ♂ varie cohaerentes aut remoti; arista nuda, pubescens aut plumata; vena axillaris saepe indistincta.

2. Subgenus **Melanochelia** Rond., Meade.

Occiput convexum; frons prominens; oculi mediocres aut sat parvi, in utroque sexu late distantes; arista nuda; genae latae; squamae mediocres; venae cubitalis et discoidalis subparallelae.

### III. Genus **Alloestylus** Schn.

Occiput in ♂ planum; frons obliqua; oculi et arista pubescentes, in ♂ cohaerentes, in ♀ late remoti, vitta frontalis setis decussatis (excepto in *A. Sundevalli*) munita; antennae in medio capitinis insertae, modice longae; genae angustae; thorax setulis dorsocentralibus internis in ♂ longis et pluribus etiam vestitus; squamae sat parvae, valvulae inaequales; abdomen ovatum, 4-annulatum, in ♂ seriebus integris macrochaetis discoidalibus munitum; venae: cubitalis et discoidalis subparallelae, cubitalis paullulum ante apicem alae excurrens, analis longa sed margini alae non producta, transversa posticalis fere recta; tibiae: intermediae retro setis in seriebus 2 dispositis armatae, posteriores unicalcaratae; pulvilli parvi.

Pedes toti aut partim lutei, tibiae posteriores in ♂ saepe dense utrinque setulosae; spinula alarum saepissime minuta aut nulla.

1. Subgenus **Alloeostylus** s. str.

Hypopygium elongatum; forcipes: superior brevis, inferiores longi; processus posterior fulcri penis elongatus.

2. Subgenus **Brachylabis** Schn.

Hypopygium breve, forceps superior plus minusve quadrangularis.

IV. Genus **Hera** Schn.

Occiput in ♂ planum; frons obliqua, in ♀ setis decussatis munita; oculi in ♂ cohaerentes, in ♀ remoti; antennae in medio capitis insertae, breves; facies inferne non aut exigue reflexa; genae angustae; thorax setulis dorsocentralibus internis pluribus praeditus; abdomen 4-annulatum, seriebus integris setis discoidalibus vestitum, subcylindrico-conicum, non depresso, segmentum 1<sup>um</sup> reliquis longius; squamae sat parvae, valvulae inaequales; spinula indistincta aut nulla; venae: cubitalis et discoidalis parallelae, cubitalis summo apice alae excurrens, analis longa sed margini alae non producta, transversa posticalis exacte recta; cellula discoidalis non longa; pedes longiusculi, nigri; tibiae intermediae retro unica serie setularum munitae, posteriores in ♂ saepissime dense et longe utrinque ciliatae, uni (interdum 2—3)-calcaratae, pulvilli parvi aut mediocres; hypopygium parvum, forceps superior quadrangularis.

Oculi in ♂ varie hirti aut nudi, in ♀ breve hirti aut nudi; arista varie plumata aut nuda.

V. Genus **Trichopticus** s. lat.

Oculi in ♂ hirti, in ♀ pubescentes; vitta frontalis in ♀ lata; antennae breves aut brevissimae, latae; arista nuda aut puberula; genae angustae; abdomen 4-annulatum, segmentum 1<sup>um</sup> reliquis brevius aut subaequale; squamae parvae, valvulae inaequales; spinula costae nulla aut indistincta; venae: cubitalis

summo apice alae excurrens, analis longa sed margini alae non producta; tibiae posteriores retro 1—2—4-calcaratae, pulvilli parvi; hypopygium parvum, forceps superior rectangularis.

Occiput in ♂ subplanum aut subconvexum; oculi in ♂ cohaerentes aut subapproximati; facies inferne exigue, modice aut valde producta, setae decussatae adsunt aut nullae; vena transversa posticalis non exacte recta sed rectiuscula aut modice flexa; abdomen plerumque subdepressum.

1. Subgenus **Trichopticus** s. str. Rond., Meade, Mik, Schn.

Occiput in ♂ subplanum; abdomen ovatum aut oblongo-ovatum, subdepressum, in ♂ dense pilosum, macrochaetis discoidalibus destitutum, in ♀ sat glabrum, subnitidum; venae cubitalis et discoidalis subparallelae, segmentum ultimum venae posticalis dimidio brevius quam vena transversa posticalis, cellula discoidalis longa.

2. Subgenus **Rhynchotrichops** Schn.

Occiput subconvexum; antennae brevissimae; facies inferne valde producta; squamae minimae; abdomen in ♂ oblongo-conicum, in ♀ ovato-conicum, seriebus macrochaetarum discoidalium praeditum; venae cubitalis et discoidalis leviter divergentes, segmentum ultimum venae posticalis vena transversa posticali paullo brevius; tibiae posteriores superne in latere anteriore spina crassa elongata saepe armatae.

---

Tabula synoptica generum et subgenerum.

Abdomen 4-annulatum; vena analis longa sed margini alae non attingens. Corpus macrochaetis modice longis, interdum setulis aut pilis vestitum. (Frons in ♂ angustior quam in ♀, sed latior quam in *Coenosiis*, quarum frons in utroque sexu modice et subaequaliter lata; carinae faciales nudae; epistomatis margines non barbati; palpi simplices; proboscis apice mollis et plerumque dilatata; facies inferne non retusa; abdomen nec compressum, apice non incrassatum, nunquam exacte glabrum; vena costalis ad apicem venae discoidalis prolon-

gata, vena subcostalis inermis et modice longa sed non brevis (h. e. in medio aut exigue tantum ante vel pone medium marginis anterioris alae excurrens), hinc vena transversa media paulo intra aut extra apicem venae subcostalis sita aut eidem apposita, vena axillaris contra apicem venae analis non curvata; femora antica maris subtus simplicia, tibiae posteriores interdum incurvatae \*).

1. *Squamae magnaes aut mediocres; valvulae inaequales; valvula superior inferiorem ad  $\frac{1}{2}$ — $\frac{2}{3}$  tegens; vitta frontalis in ♀ sine setis decussatis* (exceptis nonnullis individuis) . . . 2.

— *Squamae minores (sat parvae aut minimae), valvulae inaequales, valvula superior inferiorem ad  $\frac{2}{3}$ — $\frac{3}{4}$ — $\frac{5}{6}$  tegens* . . . 3.

2. *Venae cubitalis et discoidalis erga se divergentes, rarius subparallelae, aut vena cubitalis tantum prope apicem suum divergens. [Abdomen in ♂ et plerumque in ♀ dense macrochaetis aut setulis armatum; tibiae posteriores modice longae aut longiusculae; squamae non exacte albae (excp. trib. *Ar. laetae* et *fuscatae*), sed pallescentes, lutescentes aut luteae etc., et in speciebus parvis mediocres]* . . . . . **Aricia** sensu lat.

a. Hypopygium parvum . . . . . b.

— " elongatum . . . . . d.

b. Tibiae posteriores retro calcari uno armatae; abdomen immaculatum, saepe tessellatum; forceps superior rectangularis . . . . . **Aricia** s. str.

— Tibiae posteriores calcari non armatae; forceps superior cordiformis . . . . . c.

c. Corpus macrochaetis vestitum; tibiae posticae extus in margine antico setis 2 aut pluribus (exclusive 1) et in postico setis 2 aut pluribus praeditae . . **Spilogaster**.

— Corpus setulis exilibus vestitum; abdomen immaculatum; spinula nulla aut indistincta; cellula discoidalis

\*) In casibus dubiis sola nonnullorum horum characterum combinatio certam diagnosim dat.

- longa; tibiae posticae extus in margine postico unisetulosae . . . . . **Hebecnema**.
- d. Hypopygium elongatum; spina costae distincta; abdomen maculatum; tibiae posticae retro calcari non praeditae et ut in *Ariciis armatae* (h. e. setis extus tantum 2 valde infra approximatis, exceptis setis praeapicalibus, non praeditae) . . . . . **Caricea**.
- *Venae cubitalis et discoidalis erga se valde, modice aut paullulum convergentes, rarissime subparallelae; vena cubitalis tamen nunquam apice divergens; cellula discoidalis longa.* [Oculi nudi; facies inferne producta (excepto in *L. polystigma* Mg.); setae decussatae in ♀♀ absunt; squamae albae; vena subcostalis ut in *Ariciis longa*; abdomen saepissime ovatum, paribus macularum trigonarum magnarum et approximatarum picturatum, parce et breve setulosum; pedes parcissime et breve setulosi, tibiae posteriores paullo abbreviatae et non calcaratae, extus in margine antico et postico unisetulosae, rarissime in margine antico 2-setulosae] . . . . . **Limnophora** s. lat.
- a. Genae angustae; occiput planum aut subconvexum; oculi magni; squamae magnae . . . **Limnophora** s. str.
- Genae latae; occiput convexum; oculi mediocres aut sat parvi, in utroque sexu late distantes; squamae mediocres . . . . . **Melanochelia**.
3. *Facies inferne valde producta; abdomen in ♂ oblongo-conicum, in ♂ ovato-conicum* . . . . . **Rhynchotrichops**.
- *Facies inferne modice, exigue aut non producta* . . . 4.
4. *Cellula discoidalis longa; abdomen subdepressum, in ♂ pilosum, in ♀ sat glabrum.* [Oculi in ♂ hirti, in ♀ pubescentes; antennae breves; arista nuda aut puberula; abdomen ovatum, segmentum 1<sup>um</sup> reliquis brevius aut subaequale]. **Trichopticus** s. str.
- *Cellula discoidalis non longa; abdomen subconvexum, setosum.* [Facies inferne non aut exigue producta; occiput planum; vitta frontalis in ♀ lata, setis decussatis (excepto in

*A. Sunderalli) munita; antennae in medio capitis insertae thorax setis dorsocentralibus internis pluribus et abdomen seriebus integris macrochaetarum discoidalium munitum; spinula costae saepissime nulla aut minuta; venae cubitalis et discoidalis parallelae aut subparallelae; tibiae posticae calcaratae] . . . . . 5.*

*5. Abdomen ovatum aut oblongo-ovatum. [Oculi et arista pubescentes; antennae modice longae; thorax setulis dorsocentralibus internis longis vestitum; tibiae intermediae retro setis in seriebus 2 dispositis armatae; pedes toti aut partim lutei, pulvilli parvi] . . . . . **Alloeostylus** s. lat.*

*a. Hypopygium elongatum; forcipes: superior brevis, inferiores longi . . . . . **Alloeostylus** s. str.*

*b. Hypopygium breve; forceps superior plus minusve rectangularis . . . . . **Brachylabis**.*

*— Abdomen subcylindrico-conicum. [Abdominis segmentum 1<sup>um</sup> reliquis longius; antennae breves; venae cubitalis et discoidalis parallelae, cubitalis summo apice alae excurrens, vena transversa posticalis exakte recta; pedes longiusculi, nigri, tibiae posteriores in ♂ saepissime dense et longe utrinque ciliatae] . . . . . **Hera**.*



Отдельно отпечатано изъ «Трудовъ Русскаго Энтомологическаго Общества», томъ XXIV.

Типографія Трепкѣ и Фюсно. Максиміліановскій пер., д. № 13.

(501)

salutem alterius, non a me, sed a deo in aliis dicitur. Quod dicitur, ac  
nisi quis dicitur ex eo, non est de eo. Et hoc dicitur, quia ex eo, qui dicitur,  
ex eo dicitur. Propter hanc etiam causam, quia dicitur, quod dicitur  
ex eo, qui dicitur ex eo, non est de eo. Et hoc dicitur, quia ex eo, qui dicitur,  
ex eo dicitur. Quod dicitur, non est de eo, quia ex eo, qui dicitur, non est de eo.  
Et hoc dicitur, quia ex eo, qui dicitur, non est de eo. Et hoc dicitur,  
quia ex eo, qui dicitur, non est de eo. Et hoc dicitur, quia ex eo, qui dicitur,  
non est de eo. Et hoc dicitur, quia ex eo, qui dicitur, non est de eo.  
Et hoc dicitur, quia ex eo, qui dicitur, non est de eo. Et hoc dicitur,  
quia ex eo, qui dicitur, non est de eo. Et hoc dicitur, quia ex eo, qui dicitur,  
non est de eo. Et hoc dicitur, quia ex eo, qui dicitur, non est de eo.  
Et hoc dicitur, quia ex eo, qui dicitur, non est de eo. Et hoc dicitur,  
quia ex eo, qui dicitur, non est de eo. Et hoc dicitur, quia ex eo, qui dicitur,  
non est de eo. Et hoc dicitur, quia ex eo, qui dicitur, non est de eo.  
Et hoc dicitur, quia ex eo, qui dicitur, non est de eo. Et hoc dicitur,  
quia ex eo, qui dicitur, non est de eo. Et hoc dicitur, quia ex eo, qui dicitur,  
non est de eo. Et hoc dicitur, quia ex eo, qui dicitur, non est de eo.  
Et hoc dicitur, quia ex eo, qui dicitur, non est de eo. Et hoc dicitur,  
quia ex eo, qui dicitur, non est de eo. Et hoc dicitur, quia ex eo, qui dicitur,  
non est de eo. Et hoc dicitur, quia ex eo, qui dicitur, non est de eo.